

Rerum Criminalium
TOMVS POSTERIOR:
 CONTINENS TRACTATVS AD
 CRIMINALIA IVDICIA PERTINENTES VARIOS
 VARIORVM, ET CELEBERRIMORVM, QVOT AD HVNC
 vsque diem in lucem exiuerunt, Iureconsultorum, in
 quibus facile præcipui sunt,

*Antonius de Canario,
 Gundissaluu. de Villadiego,
 Ioan. Antonius Rubens,
 Ioan. Nicolaus Arelatensis,
 Ludouicus Carerius,
 Nellus à Sancto Geminiانو,
 Nicolaus Plouius,
 Paulus Ghirlandus,*

*Bonicontus,
 Iacobus de Arena,
 Ioan. Franciscus Ponzinibius,
 Ioannes Thierry,
 Martinus Garratus,
 Nicolaus Boerius,
 Odofredus,
 Placentinus.*

OPVS CVM IN SCHOLARVM IN FORO PRÆCIPVE
 MAXIMOS OMNIBVS FRVCTVS ALLATVRVM, IDEOQVE
 nunç intentiore cura recognitum, & emendatum à mendis,
 quibus scatebat innumeris, à

FRANCISCO MODIO I. C. BRVGENSEI.

Cum summariis & indicibus longe locupletissimis.

15



87.



FRANCOFVRTI
 Apud Ioan. Wechelum, impens. Sigis. Feyrab.
Cum privilegio speciali sacrae Caesaræ Majestatis.



TRACTATUS DE ACCU-
SATIONIBVS PUBLICORVM
IUDICIORVM:

AUCTORE PLACENTINO, ANTIQVISSIMO
Juris Civilis Interprete.

S Y M M A R I V M.

- 1 Accusare est aliquem velut reum criminis deferre.
- 2 Accusatio qualiter concipi, seu formari debeat.
- 3 Accusans subscribere debet se accusationem executurum.
Accusatio qualiter sit exequenda.
- 4 Reum confessus non statim pro indicato est habendus.
- 5 Damnari nullus debet causa non audita.
- 6 Mulier quandoque potest accusare non exacta inscriptione.
- 7 Accusare qui nequeant.
- 8 Accusare nequit qui ob id pecuniam accepit.
- 9 Vxor potest lenocinium marito obicere.
- 10 Filius matrem de partu supposito accusare potest.
- 11 Accusare potest quilibet suam iniuriam, vel mortem propinquorum prosequens.
- 12 Crimina qua ab omnibus deferri possunt.
- 13 Crimina notoria accusatione non indigent.

De Accusationibus. Tit. I.



VANDO QUIDEM de accusationibus dicturi sumus, videndum est primū quid sit accusare, & quo ordine sit accusandum, & quando accusatio sit exequenda, & quibus liceat accusare, & quomodo. Accusare igitur nihil aliud est, quam reum criminis deferre. Hicq. ordo masculino accusante in omni crimine est seruandus, vt in scriptio proponatur, que magnitudinem criminis tempusq. designet, vt alterutram partem digna possit legū terrere auctoritas. Quod nisi fiat pro inscriptione habetur cum querelæ apud acta deponuntur: quod tamen tantum in crimine iniuriarum conceditur, & excipitur crimen abigeatus: & adulterij, cum iure mariti intenditur quo casu inscriptionis necessitas remittitur: verum hodie maritū inscribere oportet, q. si nō p. bet, ipsē est pœnis subdē dus, quas fuerat mulier passura, si accusatio cōprobata fuisset, l. qui de cr. l. in causis l. si euidam C. de accus. l. quamuis C. de iniur. l. viri. C. de abig. auth. vt liceat ma. & au. colla. 8. §. q. a vero. t. Cuius talis esse debet conceptio, vt diem

quo facta est, contineat, imperatoris annis numeratis. Accusantis quoque, & accusati, & pretoris nomen apud quem accusat hoc modo debet inseri. Ego L. Titius apud te Catum prætorē, vel proconsulem profiteor me lege Mæuiam Iulia de adult. ream deferre, quam dico cum C. Scio in ciuitate illa, in domo illius, mēse illo, consulis illis, commisisse adulterium: diem autem vel horam inuitus non comprehendet, vt C. de acc. l. si qs. & C. de adu. l. quis, & in auth. vt p. po. nomē Imp. & ff. eod. l. librorū. & ff. de adu. l. accusaturus. Item t. subscribere debet se executurum accusationem, vel alius pro eo si literas nesciat. Si vero circa inscriptionem errauerit, corrigere licebit, si tempora suffragantur. Accusatio vero sic est exequenda, vt fideiusor ab vtraque parte præterit pro lite exercenda, alioquin inopia idonei fideiusoris vtique in custodia mittitur, donec de crimine iudicetur. vt si reo absoluto accusator per calumniam intendisse pronuntietur, pari modo puniatur: nisi sit ea causa, quæ sine metu calumniæ vindictam persequitur: vt pater, mater, filius, & extraneus hæres qui suspicionem quam de morte sus habuisse defunctus cauit, exequitur, cum inter voluntariam accusationem & officij necessitatem hæredis multū intersit, vt ff. eo. l. si cui, & ff. de cust. reo. l. 2. C. de acc. l. vit. C. de app. l. eos qui, §. super his. ff. ad senatusc. Tur. l. r. C. de cal. 4 t. Sed si reus confessus fuerit non vsq. pro iudicato habebitur, verum in carcerem ponetur; omnimodo condemnandus: si vero absuit per contumaciam qui non est confessus, poterit relegari, non tamen deportari, vel capite damnari, vt ff. de cust. & exhi. reo. l. si cōfessus. & ff. eo. l. absentē, & ff. de requ. re. l. 1. C. eo. l. absentem. 5 t. Neque inaudita causa quenquam damnari æquitatis ratio patitur, sed tempus statuatur, intra quod si non venerit, bona annotabuntur: deinde annus expectabitur, intra quem reuersus si se crimine purgauerit, res arbitrio iudicis signatas recipiet. anno vero transacto innocentia purgando audietur, bonis apud fiscum manentibus. Sed ea annotatio si per 20. annos bona fiscus non occupauerit, postea præscriptio nevel ab ipso reo, vel ab hæredibus eius submouebitur. Quæcumque enim quæstione apud fiscum, si non alia sit propria præscriptio,